



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Missae Parochialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 25 Communicantes, de Ascensione, non omittitur in festis secundæ classis, quæ occurrant infra octauam Ascen. licet de ea non fiat commemoratio. eadem 28. Augusti 1617.
- 26 Signum, quod fit cum patena à fronte ad pectus, est signum crucis. eadem 13. Martij 1627.
- 27 In Parasceue immittitur particula in calicem sine crucis signo. ead. 28. Augusti 1627.
- 28 In fine Missæ ad quodeumque altare celebratæ fit reuerentia Cruci infra gradus, capite discooperto. ead. *ibid.*
- 29 Reliqua in Missali habentur, & in *Th. sacro sacrorum Rituum tom. 1. Auctore huius operis, ubi multa.*  
V. *Cardinalis. num. 21.*  
*Exequæ. num. 30. 53. 54. 55.*  
*Missæ. num. 3. 11. 12. 13.*

## Missa Parochialis.

- 1 **P**arochi saltem ter in hebdomada celebrent. Prou. 1.
- 2 Die festo duabus horis post ortum solis fiat Missa. Prou. 4.
- 3 Alijs diebus pro commodo populi. *ibidem.*
- 4 Si alius est sacerdos, hic in aurora celebret pro iter agentibus. *ibid.*
- 5 Intra fines Parochiæ nulla fiat Missa in die festo, excepta illa prima ante Missam Parochialem, sine licentia Parochi. *ibid.*
- 6 Si illa prima nocet, tollatur. *ibidem.*
- 7 Ne gratia cuiusquam anticipetur, aut differatur, neq; concio omittatur, Pro. 1.
- 8 Imperiosi, minaces in hac re coercantur ab Episcopo; clericus priuatione beneficii, seu inhabilitate ad beneficia; laicus excommunicatione. Prou. 4.
- 9 Moneatur populus, vt Parochialem audiat Missam. Prou. 1.
- 10 Non potest Ordinarius multis, & penis per Concil. Trid. etiam in casu notabilis negligentæ, aut contumaciæ, cogere populum ad audiendam Missam in Parochiali. Decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 24. num. 17.*
- 11 Possunt enim Laici eandem audire in Ecclesijs Regularium ad librum, Leo

- X. 13. Nouembr. 15 17. & Congr. Episc. 1. Iulij 1606.
- 12 Viduæ non excusentur ab audienda Missa, vltra mensem. Prou. 1.
- 13 Ne quid profanum in Missa publice- tur. Prou. 4.
- 14 Cum eleuatur sacramentum, detur signum sono campanæ, quæ est in Turri Prou. 2.
- V. *Doctrina Christiana. num. 15.*  
*Missæ. num. 15. Regularium iura sub Episcopi. num. 30.*

## ADDITIO.

- 1 **N**on potest prohiberi celebratio Missæ in oratorio ruri edificato per laicum, antequam celebretur Missa Parochialis. Congr. Conc. 18. Septemb. 1627. Congr. Rit. 31. Mart. 1629.

## Missa Conuentualis.

- 1 **T**enentur Canonici omnino cantare Missam de die, vt lucentur distributiones. Congr. Rit. 28. Ianuarij 1612.
- 2 In Cathedralibus, & collegiatis, etiam in ferialibus, fiat Missa cum Diacono, & Subdiacono, si numerus sufficiat. Prou. 4.
- 3 Canonico celebranti assistens datur, si est immemorabilis consuetudo. Congr. Rit. 19. Iunij 1604.
- 4 Potest Episcopus cogere Canonicos, vt à capellanis in Quadragesima cantare faciant Missam cum Diacono, & Subdiacono. eadem 17. Iulij 1627.
- 5 Missa votiuæ, seu de Requiem non valet pro Missa de die, nisi vt in Rubricis eadem 17. Ianuar. 1627.
- 6 Anniuersarium Defunctorum, aut in die depositionis, supplere non potest pro Missa de die, sed vtraque cantanda est Missa, eadem 12. Iulij 1628.
- 7 Neque consuetudo contraria induci potest non cantandi Missam Conuentualem de die. ead. 16. Ianuarij 1627.
- 8 Duæ Missæ de festo, & de feria in Rubricis præscriptæ non debent omitti; neque potest omitti altera, etiam si celebrandum sit Capitulum. eadem 6. Maij 1626. & 16. Ianuarij 1627.
- 9 Cum prædictæ duæ Missæ prescribuntur.